



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum fidei possit subesse falsum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. III. Distinctio. XXIIII.

delis & credens talibus assentit, infidelis autem & non credens talibus dissentit, ergo circa complexa differi fidelis ab infideli & credens a non credente, talia ergo sunt obiecta fidei rāguam credita. Cum autem talia complexa sint plura, puto tamen q̄ inter ea est aliquod primum creditum quod est ratio credendi alia, & ad quod fit ultima resolutio creditibilium, hoc autem est credere ecclesiā regi a spiritu sancto. Quod patet sic, credimus Deum esse trinum & unum, filium incarnatum, pāsum, & huiusmodi, quia scriptura hoc dicit, quā credimus a Deo inspiratam & reuelatam, ergo credere scripturam sicut a Deo inspiratam, est ratio credendi illa quē in scriptura traduntur & sic est per prius creditum; rursus credimus scripturam a Deo esse inspiratam, quia ecclesia, quā regitur a spiritu sancto, hoc approbat, quum enim multi scriperint gesta salvatoris, ut Nicodemus, & Nazarei, illa sola scriptura recipitur ut canonica, & ei soli fides adhibetur, quā ecclesia approbat; unde Aug. contra fundamentum manichaei sic, non credere Euangelio, nisi credere ecclesie approbatā, & iterum, Euangelium Nazareorum non admittit, quia ecclesia non admittit; ergo credere quidē ecclesia non erret tanquam a spiritu sancto directa, est ratio, seu medium credendi scripturam quam approbat esse a Deo inspiratam; & iterum hoc credere est ratio credēdi illa que in scriptura traduntur, ut prius est dictum: ergo de primo ad ultimum, primum inter creditibilium, quod est ratio credendi alia & ad quod fit ultima resolutio creditibilium est credere eccliam regi a spiritu sancto.

9. Hoc autem quod dictū est de approbatione scripturę per ecclesiam intelligitur solum de ecclesia, quae fuit tempore Apostolorum, qui fuerunt replete spiritu sancto: & nō hilominus viderunt miracula Christi, & audierunt eius doctrinā, & ob hoc fuerunt convenientes reliis omnibus que Christus fecit, aut docuit, ut per eorum testimoniū scriptura cōtinens facta & dicta Christi approbaretur: & sic loquitur beatus Iohannes in prima canonica sua, primo capitulo dicens, quod fuit ab initio, quod audiūmus, quod vidimus oculis nostris, quod prospexit̄, & manus nostra contractauerunt, & cetera, testif. & annūciamus vobis: & Act. i, cap. dicit Perrus mortuo Iuda pro electione Marij, oportet ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore quo introiuit & exiuit inter nos dominus Iesus testem resurrectiōis eius nobiscum fieri vnum ex istis: unde Euangelia, quae per ecclesiam illam approbata sunt nō possunt nunc reprobari, quia non subest simili causa, immo tenens contrarium hereticus est cuiuscunq̄ starus aut conditionis existat.

10. Q. V A N T V M ad secundū scilicet quae sit formalis ratio obiecti fidei, dicunt quidā quidē est esse non visum, vel ratio non visum, & hoc propter multas autoritates quae videntur hoc sonare. Dicitur enim Heb. ii, q̄ fides est substantia rerū sperandarū, argumentū non apparentium, vbi ponitur q̄ pro cōpletuā differentia obiecti fidei est non apparentes vel non visum quod idem est, itē eadem est ratio obiecti fidei & spei, sed formalis ratio obiecti fidei est esse nō visum Rom. 8, nā quod quis videt quid sperat? & ibidem, spes que videtur, nō est spes, quare &c. Item Aug. Quid est fides? Credere quod non vides? & Greg. dicit quidē fides non habet meritum, vbi humana ratio praebet experimentum: & alibi dicit quidē apparentia non habet fidem, sed agnitionem, ex quibus omnibus videntur quidē ratio obiecti fidei sit ratio non visum.

11. Itud autem nō potest habere veritatem propter tria, Primum quia formalis ratio obiecti cuiuscunq̄ habitus cognitiū nō potest esse negativa vel priuaria, sed fides est habitus cognitiū: ratio autem non visum est ratio negativa, ergo ratio non visum non potest esse ratio formalis obiecti fidei. Minor patet de se, sed major probatur, quia primum in quod tendit habitus cognitiū non potest esse negatio vel priuatio, quia priuariationes nō cognoscuntur nisi per habitus, nec negationes nisi per affirmationes, sed primum in quod tendit habitus cognitiū est obiectum secundum formalem rationē obiecti: ergo formalis ratio obiecti habitus cognitiū nō potest esse negativa vel priuaria, & haec fuit maiora ergo sequitur conclusio.

12. Secundō sic, formalis ratio obiecti cuiuslibet habitus cognitiū non se tener ex parte habens, sed ex parte

Quæstio I.

257

objeci, vt patet inducendo in omnibus, sed ratio nō visum tenet se ex parte habens fidem, ergo non est formalis ratio obiecti fidei; minor patet, quia per hoc obiectum est visum vel non visum, quia actus videntis cadit, aut non cadit super ipsum.

13. Tertio sic, si formalis ratio obiecti fidei est esse nō visum, fortiori ratione ratio formalis obiecti visionis est esse esse visum, sed hoc est falsum, ergo & illud. Major patet, quia oppositi habitus debet habere obiecta formalia oppositorum rationum: fides autem & visus secundum istos sunt habitus oppositi: ergo si formalis ratio obiecti fidei est esse non visum, opposita ratio, scilicet esse visum, est ratio formalis obiecti visionis. Quod autem hoc sit falsum probatur, quia obiectum secundū suam rationem formalem, est primum acutū, sed esse visum non est primum actuū visionis, immo ex hoc dicitur aliquid visum, quia actus visionis cadit super ipsum, ergo esse visum non est formalis ratio obiecti visionis.

14. Posset etiam quarta ratio talis addi, que est ad formalem rationem obiecti cuiuscunq̄ habitus cognitiū, habent attributionem quæcunq̄ pertinent ad considerationem illius habitus, sed ad rationem non visum non habent attributionem quæcunq̄ considerantur per fidem, ergo &c. Et iterum, finis cuiuscunq̄ habitus cognitiū est perfecta cognitioni sui subiecti secundum formalem eius rationem, & secundum ea qua ipsi attribuuntur, si ergo formalis ratio obiecti fidei est esse non visum, sequitur etiam quod finis proximus & intrinsecus fidei, est cognoscere perfecte de Deo qualiter sit non visus, & quae finis illa quae ipsi attribuuntur, quatenus est nō visus, hoc autem est falsum, quare &c. Patet ergo quidē ratio formalis obiecti fidei non est ratio non visum.

15. Advertendum est tamen quidē ratio nō visum est comitans obiectū fidei pro statu viae, quia illa de quibus principaliter est fides, non sunt secundū se preferentia intellectū nostro, vt sic possint esse visa, nec in causa sua, ut possint esse finita, sed solum nobis presentantur per autoritatem scripturæ, quae nec facit visionem, nec scientiam: & in hoc sensu accipiendū sunt omnes autoritates prius allegatae, loquunt enim de fide pro statu viae, pro quo obiectum fidei est non visum, quamvis esse non visum non sit formalis ratio obiecti, sed solum sit conditio consimilitudinis.

16. Quod est ergo ratio formalis obiecti, dicendum est quidē si accipiat obiectū fidei pro eo de quo aliqua creditur, si ratio formalis eius est ratio qua Deo omnia attribuuntur quae ipso creditur, quia autem sit illa dictum fuit in principio primi libri, quando querebatur de subiecto theologico. Si autem accipiatur obiectum fidei pro eo quod creditur quod est aliud complexum, cū talia sint multa, & omnia habeant attributionem ad formalem rationem obiecti incomplexi: ideo in eis non est quæcunq̄ alia formalis ratio, sicut in scientia non queratur quod sit ratio formalis coniunctionum scitarum, sed solum quae sit ratio formalis obiecti, quo proprietates & passiones sciantur. Si tamen ratio formalis creditibilium complexorum diceretur esse medium per quod eis assentitur. Sic dicendum est quidē illa est autoritas diuinæ regens ecclesiam, & reuelans scripturam. Per hanc enim tanquam per medium assentimus omnibus creditibilibus, sicut per demonstrationem assentimus scitis, & per syllabus gisimus dialepticum opinatis.

17. A D rationes in oppositum dicendum ad primam quod quamvis fides sit principaliter de Deo, est tamen de aliis, vt habent attributionem ad Deum: & ideo infidelitas potest esse circa virtutem.

18. Ad secundum dicendum est quidē principale obiectum charitatis est Deus, nec per charitatem diligitor proximus, nisi propter Deum, quamvis aliud genus amicizie possit haberi ad proximum secundum se, & similiter est de fide, quae non respicit alia a Deo, nisi quatenus habent habitudinem ad Deum.

Q. V A E S T I O S E C U N D A.

Vtrum fidei posit subesse falsum,

Zho. 2, 2, q. 1, art. 3.

KK

Securus

Magistri Durandi de

Secundò queritur, utrum fidei posit subesse falso, ergo & fidei consequentia patet, quia virtus est virtus theologica, & infusa. Antecedens probatur, quia alius non existens in gratia potest sperare se habere vitam aeternam, qui tamen nunquam habebit, & sic falso sperat.

2 Item verum contingens saltem futurum potest non euenire, sed multa sunt talia quae subiungunt fidei, sicut quod deus iudicabit mundum, & resurrectio corporum, ergo talia possunt non euenire, & sic fidei potest falso subesse.

3 In contrarium arguitur, quia actus virtutis non potest esse malus, sed estimare falso, est malum intellectus, ergo actus fidei quae est virtus intellegibilis, non potest esse falso, quia sic est malus.

4 R E S P O N S I O. Dicendum est simpliciter q[uod] fidei de qua loquimur non potest subesse falso. Quod patet tripliciter. Primum quia quando duo habitus sunt consimiliter circa idem secundum affirmationem & negationem, si unum non potest subesse falso, nec alteri, sed fides & visio sunt consimiliter circa idem secundum affirmationem & negationem. Quod enim credimus beatu[m] videtur, ergo cum visione non posse subesse falso, nec fidei. Secundum quia fides aut est circa necessaria, ut deus esse trinitas & vita, aut circa contingencia, si circa necessaria ipsi non potest subesse falso, nisi semper subfessus, quia talia sunt intrinsecus infallibilis: si vero sit circa contingencia, adhuc non potest ipsi subesse falso, quia licet talia de potentia absolute possint non euenire, tamen relata ad ordinacionem diuinam, secundum quem modum sola subiungunt fidei, nullo modo possunt non euenire, sed eueniunt de necessitate suppositionis, quare &c. Tertium quod mediis per quod aliquis assentit conclusioni non potest desicerre assensus non potest esse falso vel defectuus, sed veritas autoritatis diuina, per quam assentimus creditis, non potest desicerre, ergo assensus fidei non potest esse falso.

5 A D. primum argu. dicendum quod spei non potest subesse falso: alia tamen ratione quam de fide, quia verum & falso respiciunt intellectum, & non voluntarem, unde nullus actus voluntatis potest esse verus vel falso, sed folum actus intellectus, quanvis actus voluntatis possit sequi & sequatur quandoq[ue] actum intellectus vel vel falso: quum ergo actus spei sit actus voluntatis, non potest propriè dici falso, dato quod non euenire id quod speratur. Verbi gratia in aliis: si enim desidero bonum primum, & spero me habitum si contingat me desicerre, non propter hoc desiderium meum fuit falso, sed forte sequeratur estimationem falso, scilicet, quod credebam me habitum bonum prandium. Similiter si non obtinetur quod speratur non propter hoc spei subfessus falso, sed estimationi quam spes sequeretur. Item quod subiectum spei quae est virtus infusa, non potest non euenire ex suppositione sicut nec illud quod subiectum fidei: actus enim spei infusa non est quod aliquis speret se habiturum vitam aeternam absoluere, sed est quod aliquis speret se habiturum vitam aeternam per gratiam Christi, perseuerantem in eo, & istud nunquam deficit: qui enim perseuerauerit usque in fine, hic falso erit. Primum tamē forte est medium dictum. Ad secundum patet solutione ex dictis, quia futura contingencia, ut subiungunt diuinam ordinacionem, non possunt non euenire, & hoc modo folum subiungunt fidei. Consequitur etiā hic quare, utrum fides possit esse de scitis, & utrum possit esse de visu, sed de primo fuit visum primo libro, questione prima: de secundo autem videbitur infra, distinctione trigeminaria.

Q V A E S T I O T E R T I A.

Vtrum ratio inducta ad ea quae sunt fidei, diminuat fidei meritum.

Tho. 2. 2. q. 2. ar. 10.

Tertiò queritur utrum ratio inducta ad ea quae sunt fidei diminuat meritum. Et videtur quod sic. Contrariorum enim sunt contraria effectus, sed id quod inducit in contrarium fidei auget meritum, sive sit persecutio cogens ad recedendum a fide, sive sit ratio contrarium fidei probans: ergo ratio quae adiuuat fidem, diminuit meritum eius.

3 Item sicut se habet ratio efficaciter probans fidem

Sancto Porciano

ad totaliter tollendum meritum fidei, sic se habet ratio aliqualiter persuadens, ad minuendum meritum eius, sed ratio quae efficaciter probaret fidem, totaliter tolleret meritum fidei, secundum illud Gregorii in Homili, fides non habet meritum cui ratio humana præbet experimentum, ergo omnis ratio aliqualiter persuadens ea quae sunt fides diminuit meritum.

3 In contrarium est, quia declarantibus fidem promittunt pro premio vita aeterna. Eccl. 24. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt, sed per rationes cõcordes fidei fides elucidatur: ergo tales non minuant meritum, sed augent.

4 Item. i. Pet. 3. dicitur, parati semper ad satisfactionem omnium potestis vos reddere rationem de ea quae in vobis est fide & spe: ad hoc autem non hortaretur nos beatus Petrus, si per hoc minueretur meritum fidei, & non potius augeretur, quare &c.

5 R E S P O N S I O. Circa questionem istam videntur sunt duo. Primum est, an credere ea quae sunt supra rationem humanam sit meritorium. Secundum est, an ratio pro vel contra adducta diminuat meritum, nec secundum istorum contradicit primo, quia quanvis ea quae propriè sunt fidei sunt supra rationem, ita ut ad ea non possit ratio demonstrativa vel omnino efficax adduci, non sunt tamen sic supra rationem, quia possunt per aliquas probabiles declarari.

6 Q U A N T U M ad primum ergo sciendum est quod supponit charitate & statu viatoris in homine adhuc duo requiriuntur ad meritum: unum est, quod actus in quo consistit meritum, sit in potestate nostra, quia de talibus sola laudamus vel virtuperamus. Aliud est quod actus sit bonus. Per actum enim peccati venialis nullus quantumcum in charitate existens meretur: quia non est bonus actus, sed malus. Primum istorum est in actu credendi: quodlibet enim expicitur se credere, & non nisi libere credere, ita potest credere vel non: unde quidam credunt, & quidam non credunt, non enim omnium est fides. 2. Thef. 3.

7 De secundo autem, feliciter an credere ea quae sunt omnino supra rationem, sit bonus actus, posset videri dubium alium, quia non solum facere contra rationem, sed etiam dimittere totaliter rationem quae est in nobis quid nobilissimum videtur esse virtuperabile & malum, sed credens, & si non faciat contra rationem, tamen credendo videtur totaliter dimittere rationem, ergo &c. Et dicendum ad hoc quod per fidem nonnullum dimittitur totaliter ratione humana, quia quanvis aliquod creditum sit totaliter supra rationem humanam, ut Deum esse trinum in personis, tamen medium credendi hoc & consimilis oportet refolum videtur ad aliquid, cum quo concorditer concurrat ratio humana & in generali, & speciali. In generali quidem, quia ipsa ratio dicitur, quia nec Deus in se, nec effectus sua potenter possemus ratione nostra totaliter comprehendere, in modo nec forte aliqua eorum attingere quantum est in nobis purè, propter quod ex consequenti ratio dicitur quod talibus est alienandum ex autoritate illius, qui talia nouit tamenmodi est Deus.

8 In speciali vero, quia creditum ad quod ultimum fit re refoluntur creditibilia ecclasiam non decipi in fide, tanquam rectam a Spiritu sancto, ut dictum fuit supra, cui concordat illud quod Dominus dixit Petro. Luc. 2. Ego pro te rogaui Petre, ut non deficiat fides tua. Ad hoc autem clarer & concorditer concurrat ratio humana quae dicitur ex apparentibus, quod doctrina confirmata per tota signa, conferuata a martyribus inter tot supplicia, sit vera & ideo ratio non totaliter dimittitur a credente, in modo non est possibile alter credere saltem meritorum. Cum enim credere sit quoddam asserire. Asserire autem nullus potest, nisi ei quod apparet verum, igitur oportet quod illud quod creditur apparet rationi verum vel in se, vel ratione medita per quod assentitur, & si non in se, sed tantum ratione mediis illud medium apparet verum vel in se, vel per aliud medium, & si non est processus in infinitum, oportet igitur quod deueniret ad primum quod apparet rationi esse verum in se & secundum se: & tale secundum se concordat rationi, igitur fides non excludit rationem, sed supponit præsumt, licet non ratione demonstrativam, unde ipse est Saluator doctrinam fidei quam predicabat reduxit ad quendam